



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

55 Decimas praediales de praedijs dotalibus ecclesiaru[m] clerici  
persolvere tenentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

rationi, ut qui seminat spiritualia temporalia metat, *c. cum secundum, de prabend. Paul. ad Corinth. cap. 9. & Rebuff. ead. q. 2. num. 7.*

55 Ampliatur tertio, quod clerici teneantur solvere decimam, etiam de prædiis dotalibus ecclesiæ, quia licet contrarium teneat, *gloss. in cap. novum genus, in ver. à clericis, de decim. per text. in cap. questi, 16. quæst. 1. de qua facit mentionem Innocent. in d. c. novum genus, n. 1. & ibi Abb. nu. 4. contraria tamen opinio est verior, quam amplectitur, gloss. in cap. 1. in ver. ullo servitio, & ibi Abb. qui testatur dictam gl. esse communiter receptam, num. 4. de cens. quem sequitur Rebuff. in tract. de decim. q. 5. n. 19. & ita sentit Azor. lib. 7. instit. moral. c. 35. ver. quinto queritur, & 59 est ratio, quia cum in jure non reperiatur, quod ecclesia antiqua debeat privari decimis, propter constructionem novæ, non debemus interpretatione magistrorum generalem juris dispositionem alterare, ut inquit, Abb. in eod. n. 4. & quod ecclesia parochialis propter novæ ecclesiæ constructionem, & dotationem non possit jure suo privari, probat text. in c. Ecclesia antiquitas, 16. q. 1. & cap. tributum, 23. q. 8. Abb. in d. c. novum genus, n. 6. de decim. & Rebuff. eod. n. 14 & hæc procedunt, nisi ecclesia sit tuta præscriptione, 96 quia decimæ ab ecclesia contra ecclesiam cum titulo, & bona fide, spatio quadraginta annorum præscribuntur, *cap. 1. de præscript. in 6. & Rebuff. ead. quæst. 13. n. 80. & num. 112. & sine titulo illas præscribit spatio tanti temporis, cujus initii memoria in contrarium non existat, eod. c. 1. in fin. de præscript. & Rebuff. ead. q. 13. n. 81. & hæc procedunt quo ad decimam prædia-**

lem, quia personales ex universali consuetudine præscribuntur, *Felin. in cap. causam quæ, n. 1. de præscript. cum aliis supra allegatis.*

57 Limitatur primo, dicta regula, ut non procedat in clericis inservientibus parochialibus ecclesiis, quibus decimæ debentur, quia tunc ad illarum solutionem non tenentur, *Sylvest. in ver. decima q. 7. & Azor. eo. cap. 35 sub ver. quinto queritur, circa fin.*

58 Secundò, limitatur in ecclesiis regularibus, & aliis collegiatis, quæ sunt privilegiatæ, quia decimæ privilegio Papæ, & exemptione tolli possunt, *ut cap. à nobis, & ibi gloss. in ver. exemptus, & Abb. n. 4. de decim. & Rebuffi ead. q. 13. n. 103.*

59 Queritur, si dominus agri, vel conductor, decimam solvere debeat, in quo est distinguendum, quia, aut loquimur de conductore, qui locavit agrum certa pecunia, vel certis mensuris grani, ita, ut omnes fructus ad conductorem spectent, & tunc dominus non tenetur ad decimam expensione, quam percipit à conductore, quia eorum onus ad conductorem transit, eo quod dominus agri propterea minorem pensionem exigit, & si fuit conventum de certis mensuris grani domino tradendis, antequam illæ mensuræ pro pensione dentur, tota quantitas grani est decimanda, si vero agatur de colonis partiaris, qui partem fructuum percipiunt, & dominicalem partem, coloni pro ea parte, quam percipiunt, tenentur dare decimam, & eorum domini pro ea parte, quæ ipsos contingit, & ita distinguit, *glo. in cap. questi sunt, 16. q. 1. c. tua nobis, & ibi gl. in ver. sic, & dominus & Ab. n. 1. gloss. in c. cum non sit, in v. preced. de decim. & plenè Azor. eo. l. 7.*